VETUS TESTAMENTUM, UNVOLLSTäNDIG
Entstehungsort unbestimmt, Wende 12./13. Jh.
Seite 38r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35407
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift



ysai. ysai genuit dauid. Incipit pro
logus septicus ambrosii episcopi
Apud hebreos liber iudith inter
agiographa legitur: cuius auc
toritas ad roborandam illa quae in controuersiis
uenuunt minus idonea iudicatur.
Chaldeo tamen sermone ascriptus in
ter hystorias aputatur. Si quia hunc li
brum synodus nicena in numero sacra
scripturarum legitur aputasse. acquiesci
postulationi uestre. immo exactioni. et se po
stis occupationibus quibus uehementer ar
tabar huic unam lucubratiunculam de
di: magis sensum ex sensu. quam ex uer
bo uerbum transferens. cum multorum codicum
uarietatem uitiosissimam amputaui. so
la ea quae intelligentia integra inuerbis
chaldeis inuenire potui latinis expressi.
Incipit iudith iuuenam castitatis exem
plum: et triumphali laude preditus eam
peonius declarat. Hanc enim non solum
feminis sed et uiris imitabilem dedit: quae
castitatis eius remunerator. uirtutem tale
illi tribuit: ut inuictum ab omnibus ho
minibus uineret. insuperabilem superaret.

Arfaxath
rex medorum
subiugauerat multas
gentes imperio suo: et
ipse edificauit ciuitatem
potentissimam. quam ap
pellauit echathanis. ex
lapidibus quadris et sec
tis. fecit muros eius altitudine cubitorum
septuaginta et latitudine cubitorum. xxx.
turres uero eius posuit in altitudinem
cubitorum. c. Quadrum uero eorum latus
utrumque uicenorum pedum spatio tendeba
tur. posuitque portas eius in altitudine tu
rrium. Et gaudebat quasi potens in poten
tia exercitus sui. et in gloria quadrigatum
suarum. Anno igitur duodecimo regni sui
nabuchodonosor rex assiriorum. qui regnabat
in ninniue ciuitate magna. pugnabat
contra arfaxat. et obtinuit eum in campo
magno. qui appellatur ragau citra eufra
ten. et tygrin. et iadason. in campo enoch
regis helimorum. Tunc exaltatum est regnum
nabuchodonosor. et cor eius elatum est. et
misit ad omnes qui habitabant in ci
licia. et damasco. et libano. et ad gentes
quae sunt in carmelo. et cedar. et in habi
tantes galileam. in campo magno he
sdreion. et ad omnes quae erant in sama
ria. et transflumen iordanen. usque in ie
rlim. et omnem terram iesse. quae usque pue
niat ad montes ethiopie. Ad hos omnes
misit nuntios nabuchodonosor rex assi
riorum. Qui omnes uno animo dixe
runt: et remiserunt eos uacuos. ac sine
honore abiecerunt. Tunc indignatus
est nabuchodonosor rex ad uersus omnem
terram illam. et iurauit per regnum et
thronum suum. quod defenderet se ab om
nibus regionibus his. II.

Anno tertio decimo nabuchodonosor
regis uicesima. et secunda die mensis
primi: factum est uerbum in domo na
buchodonosor regis assyriorum ut defende
ret se: uocauitque omnes maiores natu.
omnesque duces et bellatores suos. et habu
it cum eis mysterium consilii sui. Dixitque
cogitationem suam in eo esse: ut omnes terras
suo subiugaret imperio. Quod dictum cui
placuisset omnibus. uocauit nabuchodo
nosor rex holofernem principem militiae sue.
et dixit ei. Egredere ad omne regnum
occidentis. et contra eos praecipue qui dispe
serunt imperium meum. Non parcat
oculus tuus ulli regno: omnemque ur
bem munitam subiugabis mihi. Tunc
holofernes uocauit duces et magistros
uirtutis assiriorum: et dinumerauit
uiros in expeditione sicut praecepit a rege.
c. xx. milia pelitum pugnatorum. et equi
tes sagittarios. xii. milia: omnemque ex
peditionem suam fecit pire in multitu
dine innumerabilium camelorum. cum
his quae exercitibus sufficerent copiose:
boum quoque armenta. gregesque ouium
quae non erat numerus. frumentum ex
omni syria in transitu suo. paratis
distribuit. Aurum uero et argentum